

Capituli Præpositum et nostræ cathedralis Canonicos,

Cancellarium, Secretarium, et Assistentem Secretarii Episcopatus nostri,

Vicarium Foraneum nostrum pro Gaspesia et omnes Archipresbyteros,

Omnes denique Parochos qui hoc anno spiritualibus exercitiis interesse debent. Cæteri autem Parochi à nostra episcopali civitate non ablonge residentes, si prudenter arbitrantur a parochia absentare, poterunt etiam adesse.

Ut autem primo in deliberationes nostras cœlestium luminum abundantiam exposcamus, jubemus omnes diœcesis sacerdotes in missa recitare collectam de *Spiritu Sancto*, servatis rubricis, a prima die augusti ad finem Synodi. Volumus insuper universos christifideles rogatos ut domi in hunc finem pias fundant preces.

In quartis vero primis dominicis mensis augusti proximi, post parochialem missam, Sequentia *Veni Sancte Spiritus*, ante ordinarias preces *pro Papa et Ecclesia*, ad eandem intentionem cantabitur.

Datum apud Stum Germanum de Rimouski in nostra episcopali domo, sub signo sigilloque nostris ac Secretarii nostri chirographo, hocce primo die julii A. D. 1879.

† JOANNES, EPUS. STI. GERMANI DE RIMOUSKI
De mandato Illmi. ac Revmi. Epipi Sti. Germani,

ALF. PERCY PHILLIPS, Pter.,

A Secretis.